

CAPUT XVII.

Qualiter qui post simplex religionis votum est creatus episcopus, teneatur episcopatum relicto ad religionem?

SUMMARIUM.

Explicatur c. Per tuas, de regular. an de solemnibus religionis voto intelligatur, & continetur solum consilium? n. 1. Referuntur, & improbandur opiniones; n. 2, 3, 4. Explicatur sententia Auctoris, n. 5. An post religionis votum acceptans episcopatum, egeat licentia Pontificis, ut ad religionem transeat? n. 6. An teneatur votum Pontifici manifestare? n. 7.

Non tractatur in presenti de voto religionis emissio post episcopatum. De hoc enim, & de votis emissis ab habentibus beneficia, dicendum est infra, ubi de votorum irritatione. Sed sermo est de voto religionis ante episcopatum emissio. Rationem dubitandi præbet c. Per tuas, de regul. ubi agitur de legato prius voto religionis, & deinde promittente se intra certum tempus executionem votum, nec executus est, sed fuit creatus episcopus. Cui Pontifex de hac re consultus sic respondet. Consultimus, ut si tuam distuleras sanare conscientiam, regimines regnes ecclesie, & reddas altissimi voti tua. Quod si postmodum capitulum ecclesie te duxerit eligendum, electionem de re factam recipere poteris. Et quamvis id votum appellatur ibi solemne: at re vera est simplex. Dicitur autem solemne, & quod in præterita Abbatis, & multorum erat emissum, quod esse solemne nequit. Et ita docent Innoc. ibi num. unico, verb. Sollemniter, Hostiensis in initio, Joannes Andreas num. 1. Anton. num. 1. Abbas num. 1. Caran. num. 1. oppositi, 1. & omnes. Rursus quamvis videatur consilium: cum Pontifex utatur verbo, consultimus, at re vera est præceptum. Constat ex iis verbis, si tuam distuleras sanare conscientiam. At observare consilium non pertinet ad sanitatem conscientie tuendam. Quare dixit Pontifex, consultimus, non quia non sit præceptum: sed quia non procedebat, in forma iudicii: si enim sic procederet, cogeret. Et ita docent Innoc. ibi num. unico, verb. Consultimus, Host. nu. 1. eodem verb. Joannes Andreas num. 4. Anchar. nu. 3. notabili 1. Card. in initio, notabili 1. Quare minus bene Enríquez lib. 10. de sacram. ordinis c. 32. numero ultimo, in commento, littera I. ait Pontificem loqui de consilio.

Varie igitur sunt sententia circa hujus textus intellectum. Abbas ibi num. 6. dicit enim procedere, eod quod vocens ille ex ambitione conferat electioni suæ in episcopum: si enim zelo bono ductus consensisset, nullus culpa reus foret. Dicitur, quod votum non infringat commutans in melius c. Responsis, & c. de iure-jurando. At status episcopi est perfectior status regulari c. Licet, & de regulari, c. Veniens de iurejur. Et confirmatur quia votum simplex, strictioris religionis dissolvitur laxioris professione, eod quod hæc majus vinculum sit c. penultimo, de regulari, in 6. Similiter ergo solvetur assumptio episcopatu, qui majus vinculum est. Tandem, quia religionis manens vere talis, potest fieri episcopus. Ut constat ex eodem c. Per tuas. Ergo pariter episcopus manens talis, potest fieri religionis. Cum ergo hæc status non repugnet, nulla erit culpa post religionis votum acceptare episcopatum. Et concordant in hoc, ut nulla sit culpa acceptare episcopatum, & ob id non implere religionis votum, Manuel 2. tomo summa c. 6. n. 6. Enríquez lib. 10. de sacram. ordinis c. 32. in fine. Sed hæc textus expositio non placet. Quia ex ambitio ex textu non constat: immo cum post electionem consular Pontificem, quid efficere debeat, potius præsumenda est bona intentio. Item ambicio efficeret peccari in procurando, aut acceptando episcopatum: non tamen ut opus renuntiatione ejus esset ad conscientie incolumitatem. Cum ambitio non casset electionem: & sufficeret consilere illi, ut iniquam intentionem corrigeret.

Aliis placet eum textum procedere ex erronea illius vocentis conscientia, qui putabat se culpæ transgressionis voti religionis rem esse acceptato episcopatu. Hunc intellectum inter alios tradunt sub disjunctione, & dicentes forte ita esse Host. eo c. Per tuas n. 2. Joann. Andr. n. 6. Alii vero, quos tacito nomine refert ibi Anton. num. 7. dicunt procedere ratione scandalii. At similitur neutra expositio placet. Quia exposuisset Pontifex veritatem, ut deposita conscientia erronea in episcopatu ille perseveraret: & hac declaratione sedaretur scandalum.

Alii explicant procedere, eod quod electus ille episcopus erat in lethali utpote qui votum religionis tempore præsituro non implebat. At electio episcopi in mortali existens est cassanda. Cum eligatur ad ministranda sacramenta; quæ in ministratio gratiam exigunt. Hunc intellectum enim tradunt sub disjunctione, & dicentes forte ita esse Host. eo c. Per tuas n. 7. Et ibi Henricus num. 4. Ricardus 4. d. 38. art. 5. quæst. 1. ad 3. Corisba summa quæst. 153. Unde juxta hæc sententiam non peccaret acceptando episcopatum, si terminus implendi voti lapsus non esset. Et ita asserit Anton. ibi. Sed nec hæc expositio placet. Quia si huic rationi inriteretur decilio Pontificis, obligaret solum ad agendam præteritæ culpæ penitentiam, quia redderet ille sacramentorum ministerio aptus. Nec verè distulset textus opus esse episcopatum renuntiationem.

Et ideo dicendum est, verum illius textus intellectum esse, ut hic teneatur dimisso episcopatu ad religionem transire. Et probatur simul dissolvendo rationem ad religionem transire. Quia acceptans episcopatum admittit impedimentum religionis promissæ, & sic erit voti reus. Quamvis enim non repugnet, ut religionis fiat Episcopus: repugnat tamen, ut Episcopus fiat religionis. Quia ut Episcopus fiat religionis, oportet illum prius fieri novitium, & in operibus humilibus versari. Quæ dignitatem Episcopi dedecet. Insuper oportet, ut omnia, quæ possidet, & Episcopatum renunciet. Quod absque Pontificia licentia fieri nequit. At ut religionis fiat Episcopus satis est eum ad sturam prælatorum obedientiam eximi, & subiecti soli Pontifici. Secundo, quia ut optime ait Cajetan. statim allegandus, tunc assumptio perfectioris status sufficit, ne dicatur votum imperfectioris status infringi, & hoc votum extinguatur: quando illi status ita distinguuntur, ut in majori claudatur minor: ut sunt diversæ religiones. At secus est, quando non sic se habet, sed genere distinguuntur. Ut sunt status Episcopalis, & religionis. Quippe illic est formaliter status perfectioris alienæ: hic autem propriæ. Et ita hæc expositio proponunt in ultimo loco tamquam meliorem, Hostiensis, & Joann. Andr. allegati num. 3. Caran. summa c. Per tuas, num. 1. oppositio 4. Et tenent idem Host. summa c. de voto 9. Et utrum ad votum, num. 11. Cajetanus 2. 2. quæst. ultima, art. 3. circa solutionem ad 1. dicitur 2. Mayr. in 4. d. 38. quæst. 6. ad 4. Abulensis cap. 30. Num. quæst. 94. Sylvest. verb. Votum 2. numero 2. c. verb. Votum 3. numero 15. Sylvest. verb. Religio 2. q. 20. c. verb. Votum 3. in fine, Tabiena verb. Episcopus q. 7. num. 8. Et ibi Armita num. 10. Azor. lib. 11. insit. moral. c. 16. q. 2. c. cap. 22. quæst. ultima. Atque bene docent Sylv. eo verb. Votum 3. in fine, & Angelus eo verb. Votum 2. num. 12. esse mortale acceptare Episcopatum eo religionis voto nondum impleto.

Sed superius discutendum, an exigatur licentia Pontificis ad dimittendum Episcopatum illum semel acceptatum, transiendumque ad religionem gratia prioris voti implendi. Cajetan. & Tabiena num. præced. allegati censent eam non desiderari. Quia est jure communi attentio ea delideretur: at in casu ejus textus Pontifex eam concessit illi Episcopo, & in eo omnibus simile votum dignitatem præcedens habentibus. Azor. autem num. præcedenti allegatus dicit eam licentiam exigi, & teneri Episcopatum eam petere. Quia licentiam executionem voti impediendi se obstrinxit. Sed dicendum est, posse textum intelligi de solo Episcopo electo, vel etiam electo, & confirmato. Nec obstat ea verba textus, Regimines regnes. Quæ videtur opponere illud jam susceptum, quod ante confirmationem non fit. Quia possunt intelligi de regimine jam suscepto, vel de eo, ad quod per electionem acquiritur erat jam jus. Et ita docent Joann. Andr. ibi num. 3. Anchar. num. 5. Et tunc si nondum erat confirmatus, potuit absque prædicta licentia resignare. Ut bene docet Host. ibi num. 2. verbo Resignes. Et constat ex c. Inter corporalia, de translat. Episcop. Si verò erat confirmatus, etiam nondum consecratus indigeret licentia Pontificis. Quia eo c. Inter corporalia, deciditur non posse Episcopatum confirmatum resignare absque Pontificis licentia. Nec ea generaliter conceditur in eo c. Per tuas, Episcopo, qui prius voverat religionem, sed tantum declaratorem ejus voti obligatio; & illi Episcopo conceditur. Quia in casibus futuris oportet, ut Pontifex consideret, an attentis particularibus circumstantiis, expediat gratia voti religionis explendi illi Episcopatum: sed potius, ut dispentetur in illo voto: Et ita hoc clare videtur significare, si non erit contentum cum potuisset sine licentia resignare, si non erit confirmatus. Et ideo in hoc casu verum est, quod tradidit Azor. & esse necessarium licentiam, & teneri eum illam petere: eo rationem tradidit.

Verum dubitari poterit, an teneatur votum Pontifici manifestare, dum eam licentiam petit? Et credo probabilius esse eum non teneri. Tum quia id fieri nequit absque proprii peccati acceptationis ejus Episcopatus detestatione. Tum etiam quia nunquam promittit se votum manifestaturum. Et ita veritas sententia hæc religionis emittentem votum de se sibi interdicit, tenere petere licentiam, non tamen manifestare votum. Ut dicemus infra tractantes de irritatione.

Quæstio prior. An impuberes votis religionis, & aliarum votum obligentur? Non est hic sermo de potestate irritandi hæc vota: nec an valeant vota ipsorum de re à parentibus interdicta: vel eod quod alienæ voluntati subiecta sint, an ex hoc capite vota ipsorum corruant. De his enim agendum est infra, ubi de votorum irritatione. Sed tantum est hic sermo, an ratione defectus legitime ætatis vota hæc irrita reddantur, si impuberes habeant parentes, aut tutores, si illi careant. Et quidem aliqui videntur tenere votum religionis non obligare hos impuberes: idque speciale esse in hoc voto. Ita videntur sentire Glossa, & Rosella verbo Obligatio 32. q. 2. Abbas c. Scriptura num. 7. de voto, Angelus verbo Votum 2. num. 6. ubi dicitur impubere doli capax obligari omnino voto præter religionis. Et idem Abbas c. Significatum num. 3. de regulari, & Rosella verbo Novitius num. 8. dicunt votum religionis ante pubertatem emissum non obligare: eod quod Ecclesia illud irritum reddat. Sed manifestè omnes hi loquuntur de solemnibus religionis voto. Quippe omnes textus, quos allegant, de eo loquuntur. Sed clarius videntur hujus sententiam habere, c. Scriptura, num. 3. Et ibi Host. num. 7. Joann. Andr. num. 4. Anton. num. 3. Caran. num. 6. quæst. 11. & 13. ubi dicitur votum religionis impuberum doli capax obligare parentum, vel tutorem licentia emissum, non obligare: licet de aliis votis personalibus, ut abstinencie, & peregrinationis. Qui aperte non loquuntur de solemnibus religionis voto: id enim ante pubertatem emissum non valet, quantumvis parentum & tutorem consensus acedat. Nec potest dici in eo constitui discrimen inter utraque vota, ut illud non sit omnino firmum, cum irritari valeat: hæc autem firmata sint. Nam omnia personalia, siue realia impuberum vota, passim à parentibus, vel tutoribus irritari, quando absque eorum licentia emissum sunt. At re vera non sunt hujus sententia, sed in eo inter hæc constituitur discrimen, quod ejus sententia sunt, ut solum simplex religionis votum impuberum possit verè à parentibus, vel tutoribus irritari: alia autem personalia solum suspendi possint pro tempore, quo eorum potestas durat, & ita dicunt ea cessante obligare. Et ideo dixere id religionis votum non valere absque prædicta licentia factum: quia non omni firmitate, & valore dicunt valere, eod quod credunt irritari non posse, sed tantum suspendi.

Alii censent nulla impuberum vota valida esse. Quod cum votum sit res gravissima, non quocumque rationis usu contentum est, sed pleno, & maturo indiget: qualis pubertate completa aduenit. Ita tradit Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 870. col. 2.

Alii verò opinantur nulla impuberum vota valere, nisi prope pubertatem emittantur. Quippe etiam ante eam ætatem rationis usu ad peccandum sufficienti utantur, & tamen sufficienti ad vota, ratione eorum gravitatis. Ita docent Sylv. verbo Religio 2. quæst. 15. satis favet circa religionis votum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 9. corpore, & qu. ultima art. 5. corpore, ubi ait debitum rationis usus, ut votum hoc pueros obliget, contingere juxta pubertatem, & ante debitum hunc usum non obligare, sicut nec tempore futuris emissum. Ubi manifestè apparet non loqui de rationis usu ad peccandum petito, cum hunc confect septennio communiter accidere: sed de pleno, & perfectio communiter prope pubertatem adveniente.

At verissima sententia est, obligari pueros quocumque sumpti voto, cum primum rationis usu ad lethalem culpam patrandam sufficiente gaudent. Ducor, quia ad consummationem simplicis voti valorem ea deliberatio sufficit, & necessaria est, quæ exigitur ad culpam mortalem contrahendam. Ut ex ferè omnium mente probavimus hoc lib. 1. cap. 1. num. 2. Cum ergo ea reperitur cum hocracionis usu, obligabit votum. Secundo, quia, tunc potest hic se obligare

CAPUT XVIII.

Qualiter impuberes ad religionis, & aliarum votum obligentur: possintque, velint, non sint, à parentibus, vel tutoribus religioni offerri, aut ipsi ingredi? Et quis ejus oblationis effectus sit?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint? num. 1. An pueros vota religionis, & aliarum votum obligent? Responsetur triplex sententia num. 2, 3, & 4. Explicatur sententia Auctoris, num. 5. An atas ad hoc spectanda sit: an potius rationis usus? num. 6. Quid in dubio an sit rationis usus? num. 7. Post num. 7. invenies summaria, quæ desiderantur.

Duplex est disputanda quæstio. Prior de obligatione voti religionis, & aliarum votum, ab impuberibus emissi. Posterior de facultate ingrediendi religionem, & facultate parentum, aut tutorem, ad ipsos offerendos, & extrahendos.

Quæstio prior. An impuberes votis religionis, & aliarum votum obligentur? Non est hic sermo de potestate irritandi hæc vota: nec an valeant vota ipsorum de re à parentibus interdicta: vel eod quod alienæ voluntati subiecta sint, an ex hoc capite vota ipsorum corruant. De his enim agendum est infra, ubi de votorum irritatione. Sed tantum est hic sermo, an ratione defectus legitime ætatis vota hæc irrita reddantur, si impuberes habeant parentes, aut tutores, si illi careant. Et quidem aliqui videntur tenere votum religionis non obligare hos impuberes: idque speciale esse in hoc voto. Ita videntur sentire Glossa, & Rosella verbo Obligatio 32. q. 2. Abbas c. Scriptura num. 7. de voto, Angelus verbo Votum 2. num. 6. ubi dicitur impubere doli capax obligari omnino voto præter religionis. Et idem Abbas c. Significatum num. 3. de regulari, & Rosella verbo Novitius num. 8. dicunt votum religionis ante pubertatem emissum non obligare: eod quod Ecclesia illud irritum reddat. Sed manifestè omnes hi loquuntur de solemnibus religionis voto. Quippe omnes textus, quos allegant, de eo loquuntur. Sed clarius videntur hujus sententiam habere, c. Scriptura, num. 3. Et ibi Host. num. 7. Joann. Andr. num. 4. Anton. num. 3. Caran. num. 6. quæst. 11. & 13. ubi dicitur votum religionis impuberum doli capax obligare parentum, vel tutorem licentia emissum, non obligare: licet de aliis votis personalibus, ut abstinencie, & peregrinationis. Qui aperte non loquuntur de solemnibus religionis voto: id enim ante pubertatem emissum non valet, quantumvis parentum & tutorem consensus acedat. Nec potest dici in eo constitui discrimen inter utraque vota, ut illud non sit omnino firmum, cum irritari valeat: hæc autem firmata sint. Nam omnia personalia, siue realia impuberum vota, passim à parentibus, vel tutoribus irritari, quando absque eorum licentia emissum sunt. At re vera non sunt hujus sententia, sed in eo inter hæc constituitur discrimen, quod ejus sententia sunt, ut solum simplex religionis votum impuberum possit verè à parentibus, vel tutoribus irritari: alia autem personalia solum suspendi possint pro tempore, quo eorum potestas durat, & ita dicunt ea cessante obligare. Et ideo dixere id religionis votum non valere absque prædicta licentia factum: quia non omni firmitate, & valore dicunt valere, eod quod credunt irritari non posse, sed tantum suspendi.

Alii censent nulla impuberum vota valida esse. Quod cum votum sit res gravissima, non quocumque rationis usu contentum est, sed pleno, & maturo indiget: qualis pubertate completa aduenit. Ita tradit Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 870. col. 2.

Alii verò opinantur nulla impuberum vota valere, nisi prope pubertatem emittantur. Quippe etiam ante eam ætatem rationis usu ad peccandum sufficienti utantur, & tamen sufficienti ad vota, ratione eorum gravitatis. Ita docent Sylv. verbo Religio 2. quæst. 15. satis favet circa religionis votum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 9. corpore, & qu. ultima art. 5. corpore, ubi ait debitum rationis usus, ut votum hoc pueros obliget, contingere juxta pubertatem, & ante debitum hunc usum non obligare, sicut nec tempore futuris emissum. Ubi manifestè apparet non loqui de rationis usu ad peccandum petito, cum hunc confect septennio communiter accidere: sed de pleno, & perfectio communiter prope pubertatem adveniente.

At verissima sententia est, obligari pueros quocumque sumpti voto, cum primum rationis usu ad lethalem culpam patrandam sufficiente gaudent. Ducor, quia ad consummationem simplicis voti valorem ea deliberatio sufficit, & necessaria est, quæ exigitur ad culpam mortalem contrahendam. Ut ex ferè omnium mente probavimus hoc lib. 1. cap. 1. num. 2. Cum ergo ea reperitur cum hocracionis usu, obligabit votum. Secundo, quia, tunc potest hic se obligare



se diabolo per peccatum, & homini per sponsalia. Ergo & Deo per votum: Tandem quia vota tunc emissa non sunt jure naturali irrita: hoc enim solum deliberationem ad mortale necessarium petit ad voti valorem. Nec jure humano, cum nullus textus ad irrita reddenda invenitur. Quia tamen deficit in tam teneta etate deliberatio perfecta ad tantam obligationem, et defectu natura proposita praebens parentibus, vel eorum vices gerentibus, facultatem hujusmodi vota irrita reddendi. Et ideo pro hac sententia sunt clare Innocentius, Hostiensis, Joannes Andree, Anton. Cardin. allegati numero 2. ubi dicunt impuberes doli capaces esse posse Deo obligari per votum, sicut diabolus per peccatum. Quare cum solum rationis usum videatur petere, qui necessarius est ad peccandum. Et quamvis aliud in votu religionis significet, jam ostendimus num. 2. non aliud sentire. Idem fulsint Abbas c. 2. num. 2. de voto, et Resilla verbo votum 2. num. 2. ubi cum sit textus deeadem votum in pueri etate obligari, id est, (ut explicat ibi glossa verbo in pueri) cum adoli doli capacitas, et aiant hoc contingere post septennium, Idem fulsint D. Thom. 2. 2. quae. ultima, art. 5. ad 5. et 9. 88. art. 9. ad 1. ubi ubi vota puerorum usu rationis eventum dicit esse irrita. Idem fulsint Cajet. eo. art. 9. §. Ad hoc dicitur, et Summa, verbo votum c. 3. §. Imperfectio autem etatis, Paludana. d. 38. q. 3. art. 1. num. 9. et qu. 4. art. 2. num. 19. D. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 6. et 3. p. tit. 16. c. 2. §. 4. in initio, Armilla verbo votum, n. 6. in fine, Sotus lib. 7. de off. 9. 3. art. 2. column. 3. Navarr. summa c. 12. num. 68. Avagon. 2. 2. qu. 88. art. 9. paulo post principium, Manuel. 2. tomo summa cap. 91. num. 5. et 2. Azor. lib. 11. instit. moral. c. 16. g. 9. Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 6. puncto 6. column. penultimum, vers. Secundum versum etiam est.

6 Hinc deducitur, non tam septemarii etatem, quam rationis usum spectari debere, quo voti valor dissolvitur. Quippe potest contingere, ut tardius, aut citius perfectus rationis usus ad mortale petrus adiret, ac tunc valebit votum. Sicut idem in sponsalibus probatumus lib. 1. de matr. disp. 16. an. 8. usque in finem. Et ita docent Cajet. summa, verb. votum c. 3. §. Imperfectio autem etatis, Armilla, Sotus, Aragon. Manuel. num. praed. allegati.

7 In dubio autem, an adit rationis usus, an votum obliget: diximus hoc ibi, c. 1. a. 2. 12.

SUMMARII.

- An possit impubes infans a parentibus religioni offerri, et expediat admitti impuberes? nu. 8.
- An impubes sic obligatus, vel sponte ingressus, possit ante pubertatem rescire? nu. 9.
- An ingressus absque parentum, vel tutorum licentia, possit revocari, et intra quorundam tempus, et qualiter id numerandum sit? num. 10.
- An integrum sit illis revocare, quando expressè, aut tacite consentierit? nu. 11.
- Quid, si intra annum iure concessum ad revocandum, compleatur pubertas? nu. 12.
- An possit hi propria auctoritate revocare? num. 13.
- Quid, si malitia iudicet atatem in impubere? num. 14.
- An pater contradicente matre possit impubertem religioni offerre? Referatur duplex sententia, nu. 15.
- Explicatur sententia Auctoris, nu. 16.
- Quid, si pater sine matre, et aliter contradicente? nu. 17.
- An mater non contradicente matre possit impubertem religioni offerre? Referatur duplex sententia, num. 18. Et sententia Auctoris, nu. 19. Et ibi, an sit differentia inter filios emancipatos, aut non emancipatos?
- An possit parentes offerre religioni, et revocare filios spurios? num. 20.
- An possit invitit tutoribus? nu. 21.
- An id possit mater invita avia tutrice? nu. 22.
- An possit pater, cum ipse, et filius sunt sub aui potestate? num. 23.
- An id possit mater ad secundas nuptias transire? nu. 24.
- An tutores possint offerre, et revocare pupillum parentes habentem? num. 25.
- An possit impubes invitit a parentibus religioni offerri, nec possit ante pubertatem rescire? Et quid, si infans offeratur? numero 26.
- An parentes, qui convenerunt filium religioni, videantur statim offerre, vel possint commutare tradendo alium? num. 27.
- Er an filius tenentur obedire? nu. 28.
- An possit rescire ante pubertatem, quando parentes, vel tutores non obtulerunt, sed dissimularunt anno, et die post ingressus scientiam? nu. 29.
- An impubes religioni obligatus possit de consensu offerentium, vel monasterii, ante pubertatem rescire, vel a monasterio expelli? num. 30.
- An si fecerat religionis votum, et extrahatur a parentibus, vel tutoribus, manent liber a voto? num. 31.
- An attentio Tridentina sit praescripta atas ingressus religionis puerorum, et tradita sit innocua? nu. 32.
- Quid circa ingressum puellarum? Referatur opinio, num. 33.
- Explicatur sententia Auctoris, nu. 34. Et ibi quid per motus proprio interdicentes ingressum in monasteria?
- An hoc sit correctum per motum proprium Sixti? nu. 35.

9 Quaesitio posterior. Qualiter parentibus, vel tutoribus integrum sit impubere filium, aut pupillum religioni offerre, aut ingressum revocare, & quid oblatio illa operetur? Et primo quod statumemus, & quid attento iure antiquo dicendum sit: deinde quid attento jure novo Tridentino. Et quidem attento jure antiquo triplex conclusio est certa. Prima est, Possunt parentes filium impubertem religioni offerre, ut in ea sine regulari disciplina vivat. Colligitur a contrario sensu ex c. 2. de regular. & ex cap. Puella 20. qu. 2. & expressè deciditur in Concilio Voormatiensi cap. 22. habetur c. Ad idem 20. qu. 1. et in Concil. Tolet. 10. cap. 6. & habetur c. 5. 20. qu. 2. & idem habetur l. regia a. et 5. tit. 7. p. 1. & docent universi Doctores allegandi. Quod quidem verum est etiam tempore infantiae. Ut expressè habetur eo. c. Ad idem 20. qu. 1. et in Concil. Tolet. 10. cap. 6. & Addidit. Atque idem significatur c. 1. 20. qu. 2. ubi indistinctè dicitur, in qualibet minori etate. Et videtur universi Doctores allegandi docere, dum generaliter, & indistinctè dicunt posse puerum ante pubertatem religioni offerri. Et tradunt Palud. a. diff. 38. qu. 4. art. 3. num. 36. D. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 8. notabilis 4. Hoc autem intelligitur, nisi peculiari religionis constitutione caveatur, ne infans, aut impubes admittatur. Ut bene docent D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 2. §. 4. Sylv. verbo Religio 2. q. 10. Et quamvis D. Thom. 2. 2. qu. ultima, art. 5. corpore, in fin. et quoad 3. art. 11. probet ex multis expedire hoc pueros admitti: & ipse quinquies fuit religioni obligatus: (ut in eius vita referretur,) ad Div. Anton. eo §. 4. et Sylv. en g. 10. dicit experientiam demonstrasse id non expedire, & hoc servare fere omnes religiones.

9 Secunda conclusio certa est. Haec oblatio operatur, ut impubes sic monasterio obligatus nequeat rescire, donec pubertatem compleatur adimplere, nempe, pueri quatuordecim annos completos, puella vero duodecim completos. At ex etate completa liberum est esse persequere, aut ad facilius redire, donec professionem tacitam, aut expressam faciat. Habetur expressè c. Significatum, et c. Cum infans, de regular. Et tradunt omnes Doctores allegandi. Sicut etiam contingit, dum impuberes sponsalia contrahunt: a quibus rescire nequeunt, donec puberes sint. c. De illis, et 1. de desponsat. impub. Quando vero propria sponte absque praedicta oblatione impubes religionem ingreditur, potest quandoque exire, donec proficiatur. Constat ex eo c. Significatum. Et docent ibi Glossa verb. A parentibus, Anton. num. 5. Abb. numero 2. Innot. cap. 2. numero 2. de regular. et ibi idem Abbas num. 10. Cardin. num. 2. qu. 5. Anchar. num. 8. §. 8. Henricus, Sylv. verbo Religio 2. q. 10. Greg. Lopez. l. 4. verb. Non puden, tit. 7. p. 1. Intellego autem hoc de oblatione impubertis, ut religiosus fiat: de hac enim, et textus, & Doctores loquuntur. Si enim causa filius educationis, polleat exire, & extrahi quandoque.

10 Tertia conclusio certa est. Si impuberes religionem absque parentum, vel tutorum consensu ingredientur, possunt parentes, vel tutores illi factum irritum facere, & impubertem revocare nisi anno, & die id dissimulando consentierint, quo tempore transiit ad revocare nequeunt. Habetur expressè c. 2. de regular. & quamvis ibi dicatur, infra annum non reclamaverint: at in eo textu supplenda est dies. Sic enim deciditur c. Puella 20. qu. 2. Et docent universi Auctores allegandi. Hic autem annus incipit a die scientiae ingressus impubertis habitae per parentes, vel tutores. Ut bene tradit Glossa eo c. Puella, verb. At si annus, in fine, Hoff. summa tit. de regularibus num. 10. et ibi Glossa in summa num. 10. Henricus c. 2. num. 2. de regular. Palud. a. d. 38. q. 4. art. 2. num. 25. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Sylv. verbo Religio 2. q. 2. Resilla verb. Novitius num. 3. et ibi Tabiena q. 1. num. 2. lex regia 5. tit. 7. p. 1. Quod si ita remouit hic monasterium, ut intra id tempus revocare nequeant, longius temporis intervallum conceditur, prout loci distantia exegerit. Ita docent Glossa, et Hoff. n. 9. Goffredus 9. Henricus, illa l. 5. regio ibidem.

11 Hinc deducitur, a fortiori non posse revocare, si expressè ingressus impubertis convenerint. Quia non amplius operari debet consensus tacitus, quam expressus. Si ergo tacitus consensus per illam diuturnam taciturnitatem praesumptus operatur, ne integrum sit amplius revocare, id a fortiori consensus expressus operabitur. Et ita docent Innot. c. 2. in initio, et ibi Joann. Andree, n. 1. Anton. 12. Card. n. 1. notabilis 2. Anchar. nu. 4. notabilis 4. Henricus 2. Resilla, Sylv. Tabiena allegati numer. praed. Armilla verbo Novitius numero 1.

12 Sunt tamen tria circa hanc conclusionem observanda. Primum est, hunc annum includi debere intra annos, quibus ille est impubes. Si enim impubes pro pubertatem ingrediatur parentibus infans, aut tutoribus, non conceditur illis integer annus ad revocandum, sed id solum, quod superest usque ad pubertatem, qua aetate cessabit id revocandi jus. Quia deinceps integrum est illis contra parentem, & tutorum voluntatem, ad religionem transire. Et ita docent Glossa 20. qu. 2. in summa, in fine, Archid. c. Puella 20. qu. 2. num. 1. et ibi Bellarmia in initio, Turres. num. unico.

13 Secundum est, non posse parentes, aut tutores propria auctoritate, vimque inferendo, extrahere puberem a religione, sed auctoritate habentis potestatem in monasterium illud. Quod clarè colligitur ex c. 2. de regular. ubi tantum

conceditur illis potestas reclamandi, & ad eundem superiorem. Et ita docent Palud. a. d. 38. q. 2. num. 15. D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 4. paulo post principium, Sylv. verbo Religio 2. quae. 11.

14 Ultimam est, quosdam limitare hanc conclusionem, nisi impubes proximus pubertati sit, & malitia in eo aetatis defectum supplet. Quia iam tantum volunt malitiam non supplere atatis defectum quo ad professionis valorem, non tamen id negant quo ad ingressus firmitatem. Ita docent Palud. a. d. 39. q. 3. q. 2. At haec limitatio caret fundamento. Cum enim iura eam facultatem tribuant usque ad pubertatem completam, & nullibi decidant malitia posse aetatem suppleri, id asserendum non est. Praeterea, quia pater potest vota impubertis irritare, quantumvis malitia aetatem suppleat. Ut suo loco dicemus.

15 His ergo conclusionibus certis praemisissis, sunt nonnullae difficultates circa illas enodandae. Prima est, an pater integrum sit repugnante matre impubertem religioni offerre? Quidam affirmant. Nam solum pater habet filium in potestate 9. Fomina, in finit. de adop. Et ideo nihil obstat matris contraditio. Ita Henricus cap. 2. num. 4. de regular. Palud. a. d. 38. quae. 4. art. 2. numero 26. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Sed idem Palud. eadem qu. 4. art. 3. num. 27. et D. Anton. eodem cap. 2. §. 8. notabilis 5. Sylvest. verbo Verum 5. in fine hic distinguunt. Si pater filium jam abactatum voverit, potest invita matre religioni offerre: secus si nondum abactatus esset. Quod in priori casu sit jam extra matris curam secus loco dicemus.

16 At verius est desiderari utriusque consensum. Quod in re communi potius sit prohibens conditio. Regula in re communi, de regul. iuris, in 6. l. Sabinius ff. de communi dividendo. Et in hac parte magis inclinatur Glossa cap. 1. verb. Aut unus 20. q. 2. Et eam tenent Innot. c. 2. in initio, de regular. et ibi Hoff. nu. 4. Joann. Andree, n. 1. Abbas num. 6. Angelus verb. Patria potestas n. unico, et ibi Sylv. n. unico, Tabiena num. unico, Armilla n. unico, Greg. Lopez. l. 4. verb. El padre tit. 7. p. 1. Enriquez. lib. 11. de matr. c. 13. num. 5. explicans id esse verum, quamvis infans abactatus sit.

17 Atque idem est dicendum, si puer tutores habeat, contradicente enim parte praesertur. Quippe impubes ille est sub communi utriusque cura. Et ita docent Innot. et Joann. Andree numero praed. allegati, Sylv. verbo Religio 2. q. 9. 2. Resilla verbo Novitius numero 3. ubi Tabiena qu. 1. numero 2. Quare minus bene contrarium tenet Card. c. 2. num. 2. q. 3. de regular.

18 Secunda difficultas est, an sicut potest solus pater, matre non contradicente offerre impubertem religioni, ita & sola mater patre non repugnante? Aliqui id matre negant. Quod oblatio illa fit patrie potestatis effectus, qua mater caret. Ita docet Glossa c. 2. verbo Mater 20. q. 1. Henric. c. 2. nu. 3. de regular. Alii vero dicunt vivo patre non posse matrem offerre, nec revocare, secus eo mortuo. Quia in priori casu non est impubes sub matris potestate, secus in posteriori quo ad hanc oblationem. Ita docent Glossa cap. 1. paulo post principium, et verb. Aut unus 20. q. 2. et ibi Archid. in initio, Bellarmia in initio, Turres. n. unico, Palud. a. d. 38. q. 4. art. 2. num. 26. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Sylv. verbo Religio 2. q. 10. Et videtur sentire lex regia 5. tit. 7. p. 1. dicit enim potest hoc matrem, si habeat filium in potestate, ubi Greg. Vienna q. 1. num. 2. Greg. Lopez. l. 4. verb. El padre, tit. 7. p. 1. Imò est pupillus ille parentes, & tutores habeat, possunt tutores parentibus non contradicentibus pupillum offerre. Ut bene docet Cardin. ibidem.

19 At verius est, id aequè posse matrem, ac patrem, nec inter utrumque discrimen constituendum. Quae sententia innuitur huic fundamentum, quod ex Innot. statim allegando desumptum statuunt omnes Doctores statim referendi, & praeter illos Angelus, Sylv. Tabiena, Armilla, verb. Patria potestas, num. unico, nec in his spiritualibus est potius ratio naturalis spectanda, quam civilis. Patria enim potestas jure civili inducitur: jure autem naturali tenetur filius utriusque parenti obedire, & sub utriusque cura est. Item quia c. 2. de regular. et c. Puella 20. qu. 2. indistinctè dicitur parentes posse offerre, vel revocare. Item, quia cap. 2. 20. q. 1. dicitur disjunctive, si pater, vel mater offerat. Et c. 1. 20. q. 2. dicitur, aut unus, aut ambo parentes. Et ideo hanc partem fulsint Innot. c. 2. num. 1. de regular. et ibi Henricus, num. 4. Joann. Andree, n. 1. Anton. num. 12. Cardin. num. 2. Resilla, Sylv. Tabiena allegati numer. praed. Armilla verbo Novitius numero 1. et c. Federico confil. 277. Resilla, verbo Novitius, num. 2. et ibi Tabiena qu. 1. num. 2. Quae concludunt Innocentius, Hoff. Joann. Andree, Cardin. Anchar. in hac offerendi potestate nullum constituendum discrimen inter patrem, & matrem, filios emancipatos, & non emancipatos. Haec enim differentia solum juri civili innuitur: quod in hoc non est spectandum, sed ratio naturalis.

20 Hinc deducitur, posse parentes offerre religioni, & revocare filios spurios, sicut possunt legitimos. Quippe est spiritus jure civili attentio non subit patrie potestati: at haec non attenditur, sed ratio naturalis. Et ut optime docet Bart. l. 2. num. 4. ff. de necessar. quoties jura voce naturali utuntur, ut parentum, liberorum, quali utuntur: textus, & praed. allegati concedentes hanc facultatem parentibus non curandam est de juri civilis dispositione fluentis spurios

non appellandos filios; anst. Ex complexu, C. de incestu nuptiis, Sed jus naturale attendendum est. Et ita docet Anchar. c. 2. nu. 6. q. 1. de regular.

21 Secundo deducitur, posse parentes hanc oblationem facere invitit tutoribus, est sub illorum potestate filius sit. Quippe id probat ratio n. 19. tradita. Et ita docent Innot. c. 2. in initio, de regular. et ibi Hoff. n. 4. Anton. n. 12. Card. n. 2. g. 2. Anchar. n. 7. q. 2. Sylv. verb. Religio 2. q. 10. Emmanuel Sa Summa, verb. Religio num. 11.

22 Tertio deducitur, ob eandem rationem idem dicendum esse de matre, potest enim filium impubertem offerre & revocare invita avia tutrice. Quia potius tenetur filius obedire matri, quam aviae tutrici, attente jure naturali, quod civili praesertendum est. Sic Federicus, quem refert, & sequitur Card. eo c. 2. n. 2. q. 4. et ibi Anchar. in fine. Et constabit magis ex dicendis num. sequenti.

23 Quarto deducitur, est avus habeat patrem, & necipotem in potestate, integum esse patri invito avo filium offerre religioni, & revocare. Quia in his est ratio naturalis potius spectanda. Ut num. 19. diximus. At filius est naturaliter magis adstrictus patri, quam avo. Ita docent Innot. eo c. 2. num. 1. ubi Hoff. num. 4. Joann. Andree, n. 1. Anton. n. 12. Card. n. 2. g. 2. Anchar. n. 5. g. 1. Henric. num. 4. Sylv. verbo Religio 2. q. 12. Emmanuel Sa Summa, verbo Religio, n. 11. Quamvis Abbas eo c. 2. num. 7. dubitet de hujus veritate, & in contrariam partem potius inclinet, eo quod illo ingressu praedictetur avi potestati. At hoc non obstat, quia ratio naturalis est potius attendenda.

24 Ultimo deducitur, quid sciendum sit de matre ad secundas nuptias transiente? Quidam affirmant eam amittere hoc jus filii impubertis offerendi, aut revocandi. Ducuntur, quod tamquam suspecta jure privetur filii educatione. Ut docent multi, quos retuli lib. 7. de matr. disp. 88. numero 16. Et ita sentiunt Paludanus 3. diff. 39. quae. 3. quaestiuicula 1. et 4. diff. 38. qu. 4. art. 2. num. 26. D. Anton. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Sylvest. verbo Religio 2. q. 9. 2. Contrarium est verius. Tum quia certius est non afferri ipso facto jus educationis. Ut probavi eadem diff. 88. numero 17. Tum etiam, quia in his jus naturale praevalet. Ut diximus hoc c. numero 19. Quo attento filius subditur matri secundo nubenti.

25 Tertia difficultas est, an tutoribus integrum sit pupillum impubertem religioni offerre? Aliqui negant. Quia jure solum invenitur cautum, ut eum abque ipsorum licentia religionem ingressum revocare possint, c. Puella 20. q. 2. Deinde, quia per eam oblationem consequenter pupilli bona, quae tutores offerre nequeunt. Ita docent Federicus confil. 267. Anchar. c. 2. num. 7. q. 2. de regular. At dicendum est posse. Quippe id aperte colligitur ex eo cap. Puella, dum ibi deciditur tutoribus conficiis ingressus pupilli, & tacentibus anno, & die, non permitti amplius revocare: eo quod ea taciturnitas fit quadam tacita oblatio. Nec obstat ratio contraria: nam oblatio bonorum non sequitur ingressum, sed professionem, quae emitti nequit usque ad pubertatem, & sic finita tutela. Et ita docent Innot. c. 2. in initio, de regul. et ibi Abbas, num. 8. Card. num. 2. g. 2. Henricus in fine, Sotus, Senor. conf. 61. in praesenti consultatio. ne num. 11. et 12. vol. 1. bene addens id habere verum, est pupillus fit ille mutus, Rosilla, verb. Novitius, num. 3. ubi Greg. Vienna q. 1. num. 2. Greg. Lopez. l. 4. verb. El padre, tit. 7. p. 1. Imò est pupillus ille parentes, & tutores habeat, possunt tutores parentibus non contradicentibus pupillum offerre. Ut bene docet Cardin. ibidem.

26 Quarta difficultas est, an possit impubes invitit religioni a parentibus, vel tutoribus offerri? Et posse videntur tenere Innot. c. 2. num. 2. in initio, de reg. et ibi Hoff. num. 5. et tenent expressè Henric. ibi num. ultimo, Pal. a. d. 38. q. 4. art. 2. num. 28. addens secus esse de tutoribus. Idem tradunt Palud. eadem q. 4. art. 3. num. 36. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 8. notabilis 4. indeque inferunt parentem, qui vovit filium determinatum religioni, nequire alium commutando offerre, etiam de consensu eius, qui ad votum induxit, & si vovit simpliciter, teneri statim, cum in religione educatione, cum offerre etiam invitum. At si vovit sub conditione, si pueri plures, dicunt non teneri, donec puer istum rationis habens consentiat. At dicendum est, non posse parentes, nec tutores invitum offerre: quare pupillo abique suo consensu oblatio integrum est rescire. Quod aperte probat textus c. Praesens 20. q. 3. Et ratio est, quia oblatio se habet ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium. At sponsalia non obligant impubertem nisi expresse, aut tacite consentientem: ut quia cum praesens est, non contradicit sponsalibus nomine ipsorum per parentes, aut tutores contractis c. 1. de spons. impub. in 6. Ergo idem de illa oblatione dicendum est. Et ita tenent Glossa 20. qu. 1. in summa, verb. Quod intra, Joannes Andreas, c. 2. num. 2. in initio, de regular. et ibi Anton. num. 13. Cardin. num. 2. g. 2. Abbas num. 9. Anchar. num. 8. qu. 3. Sylv. verbo, Religio 2. q. 10. Resilla, verbo, Novitius, num. 1. Tabiena ibi, qu. 1. num. 2. Greg. Lopez. l. 4. verb. Non puden, tit. 7. parte 1. Quare si tempore infantiae offeratur puer religioni, poterit postea exire, antequam ingressum illum a parentibus, vel tutoribus factum, jam usum rationis potius ratum habeat. Sicut de sponsalibus tempore infantiae nomine ipsorum initis traditur. Et quando tacentes, nec egredientes censentur consenti-



scribere, satis diximus hoc libro quarto cap. 15. numero 23.

27. Hinc deducitur contra Paludanum, & D. Antoninum... Hinc deducitur contra Paludanum, & D. Antoninum...

28. Secundo deducitur, quærum non teneri obedire parentibus... Secundo deducitur, quærum non teneri obedire parentibus...

29. Quinta difficultas est, quando parentes, vel tutores... Quinta difficultas est, quando parentes, vel tutores...

31. Ultima difficultas est, an impubes cum voto religionis... Ultima difficultas est, an impubes cum voto religionis...

32. Hactenus egimus, quid jure communi antiquo... Hactenus egimus, quid jure communi antiquo...

33. Sed de puellis est major difficultas, ob id decretum... Sed de puellis est major difficultas, ob id decretum...

35. Ex quo deducitur, minus bene Sorbum in compendio... Ex quo deducitur, minus bene Sorbum in compendio...

36. Quæstio prior. An ære alieno adstrictus possit in... Quæstio prior. An ære alieno adstrictus possit in...

37. Quæstio prior. An ære alieno adstrictus possit in... Quæstio prior. An ære alieno adstrictus possit in...

CAPUT XIX.

Qualiter ære alieno pressus, aut ad ratiocinia, aliquidve faciendum adstrictus, possit votum religionis exequi illam ingrediendo?

SUMMARIUM.

- Quot quæstiones disputantur sunt? num. 1. An ante constitutionem Sixti V. professio ære alieno adstricti valuerit? num. 2. Si sit creditoribus solvendo, an peccet ingrediens religionem donec solvat? num. 3. Quid, si sint debita incerta pauperibus restituenda? num. 4. Quid, si sint debita certa, et in seculo non erit solvendo, aut a quo poterit in religione solvere? num. 5. Quid, si manens in seculo erit solvendo, non autem ingrediens religionem? Refertur duplex sententia, num. 6. & 7. Explicatur sententia Auctoris, & satisfiis argumentis, num. 8. Quid in dubio, an manens in seculo erit solvendo, vel si utrinque sint rationes probabiles? num. 9. Quid, si debita oriatur ex sola promissione liberali? num. 10. Quid, si votum religionis adsit, accedatque obligationis tempus? num. 11. Quid, si dubium sit, an expectato aliquo tempore hic vocentur erit solvendo, vel sint utrimque rationes probabiles? num. 12. An teneatur monasterium occasione hujus aliqua acquirere, vel quicumque alius hæres, vel ipse in monasterio aliqua donatione, aut alio modo comparans, hæc solvere? Remissio, num. 13. An teneatur in religione manibus elaborare, ut solvat, & ad id prelati teneatur dare licentiam? num. 14. An teneatur ad id extra religionem etiam habitus depositi? num. 15. An possit prelati dare facultatem laborandi intra monasterium, aut extra illud, habitu etiam dimisso? num. 16. An ex dante licentiam teneatur religiosus elaborare, num. 17. An si laboret, possit monasterium expensas alimentorum deducere? num. 18. Ratiocinia adstricti, quando attentio jure antiquo poterant ad religionem admitti? Et an valeret votum profectio, num. 19. An idem profectio dicitur, si de emittendis simplicia biennii vota in Societate Jesu? num. 20. An attentio motibus propriis Sixti V. & Clementis VIII. valeat professio adstricti ære alieno, aut obligati ad ratiocinia reddenda? num. 21. An famine comprehensurum in iis motibus propriis? num. 22. Quid de equitibus, vel clericis religiosis ordinum militarium? num. 23. Quid quando facultates debitoris satis sunt solvendo, aut debita non sunt magis momenti? num. 24. Et ibi, quid si sint bona incerta? num. 25. Quid, si absque culpa contingat solvendi incertum? num. 25. Quid, si non sit spes fore, ut in seculo possit illa solvere, vel sit debitor ex delicto solo? num. 26. Quid, si debitor consentiat, aut monasterium, aut alius debitor solvat? num. 27. Quid, si debita sint ex promissione liberali? num. 28. Obligatus ad ratiocinia quando nequeat ad religionem admitti juxta motum proprium Sixti V. num. 29. Post num. 29, invenies omnia summaria, que desiderantur.

Duplex petitur disputanda quæstio. Prior de adstricto debitis, aut ratiocinis reddendis. Posterior de obligato ad aliquid in favorem alicujus hominis faciendum. Quæstio prior. An ære alieno adstrictus possit in religionem ingredi? Hæc quæstio est prius tradenda attentio solo jure antiquo. Deinde attentio quodam proprio motu Sixti V. Attento ergo jure antiquo præmittenda sunt quædam, in quibus reputo omnes convenire. Deinde ad ea, que controversantur, gradum faciemus. Primo ergo certum est, attentio jure antiquo professionem prelli ære alieno fuisse validam, etiam protestando redderet impotens ad solvendum, cum tamen in seculo esset solvendo. Ratiocinia solvendi, quia persona debitoris non est creditorum serva, nec est debita, quævis obligata sit ad illis satisfaciendum. Etenim debitor non est censendum de hujus professione, ac de professione servi sine consensu domini, aut conjugis sine illius, quod sit alienatio personæ alienæ, nempe, domini & alterius conjugis. At persona debitoris non est aliena. Interdum erit constet, quia nulla jure Ecclesiastico ea professio irritatur ante Sixti V. constitutionem. Et ita tamquam certum tradunt Mater in 4. d. 38. quæstion. 17. quæ. Quis teneatur restituere, art. 2. d. 15. Angles floribus 2. p. qu. Quis teneatur restituere, art. 2. d. 15. Nazarr. dicens esse certum, lib. 4. de restit. c. 4. dubio ultimo, in nova editione num. 77. Carbon. de veritat. q. 85. dubio 3.







